et scuta comburet igni. Vacate et
videte quoniam ego sum deus exaltabor in gen
tibus et exaltabor in terra. Dominus vir
tutum nobiscum susceptor noster deus iacob.
Gloria patri. a. Adiuvabit eam deus
vultu suo deus in medio eius non commo
vebitur. a. Sicut letantium. Psalmus.
Fundamenta eius in montibus
sanctis diligit dominus portas syon
super omnia tabernacula iacob. Glori
osa dicta sunt de te civitas dei. Memor
ero raab et babilonis scientium me. Ecce
alienigene et tirus et populus ethyopum
hii fuerunt illic. Numquid syon dicet
homo et homo natus est in ea et ipse fun
davit eam altissimus. Dominus narrabit
in scripturis populorum et principum horum
qui fuerunt in ea. Sicut letantium
omnium habitatio est in te. Gloria patri. a.
Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in
te sancta dei genitrix. V. Diffusa est
gratia in labiis tuis. R. Propterea benedi
xit te deus in eternum. Pater noster. Et ne nos.
Sed libera. Benedictio. Precibus et me
ritis beate marie. etc. ut sequitur post. Iste ps.
et alii duo sequentes cum suis antiphonis
dicuntur diebus mercurii et sabbati.
Antiphona. Gaude maria. Psalmus.